

In Obitum.

*Et verè acerbum, Et planè inopinatum,*

*Et singulariter luctuosum,*

PUELLI

*Genere Nobilissimi, Indole suavissimi,*

*nec magis annis, quàm præclarâ spe  
florētissimi,*

CASPARI Kretschmer /

Viri Nobilissimi,

Strenui, Amplissimi, Consul-  
tissimiq;

DN. CASPARI

Kretschmer /

In Incluta Vratislav. Repub.

Senatoris & Scholarchæ Dignis-  
simi, Spectatissimiq;

FILIOLI

*Et tenerrimè, Et meritissimo adamat:*

qui,  
cum A. D. X. Cal. Majas, Hora VII. matutinâ.  
Anni Christiani c<sup>o</sup> l<sup>o</sup> XLIV.  
anno ætaturæ suæ quinto labente,  
ex cubiculi in paternis ædibus fenestrâ sublimiore,  
in publicâ viâ lithostrotum,  
fato quodam occultiore,  
decidisset,  
extremum desubito effudit spiritum,  
a. d. V. Calend. Christiano honoratissimoq; ritu  
humandus:

Amicorum atq; Clientium,  
luctum, mœrorem, desiderium,  
quæ ab hoc oculisimæ sobolis casu  
afflictissimis Parentibus cecidère,  
quantum pote, mitigaturorum,  
simulq;  
amorem atq; observantiam suam  
Christiano hoc officio  
declaraturorum

### EPICEDIA.

VRATISLAVIÆ,  
Typis exscripsit GEORGIUS BAUMANNUS.

Filioli lapsus cruciat TE? Parce dolori,  
Kraitschmari, lapsum se negat esse Puer.  
Nam quòd non hominum manibus sim exceptus &  
Inquit, an idcirco deficit alma DEI (ulnis,  
Dextera? Non lapsus sanè est felicior ullus,  
Quàm quò nos recipit Dextra DEI gremio.

*Paterni affectum justis.*

*mœrorem mitigaturus*

*ὀλοφύχως Condolens fund.*

CHRISTOPHORUS Frenwald  
Lib. Baron. Milicenf.  
Cancellarius.

Omnia si reputet vitæ discrimina, morbos,  
ac mortes varias, vix est ut transeat hora  
læta homini. Quæ te nunc tristis cura fatiget,  
Breslæi, Kretschmare, decus palmare Senatus,  
cui charam casus sobolem miserandus ademit;  
obscurum non esse potest: nam perdere natum  
est per se durum; sed primo flore Juventæ,  
sed charum, ac de quo jam sit spes optima cunctis,  
tàm propero fato deperdere, mille dolores  
quin pariat, dubitat nemo. Sed talia sunt hæc,  
dum terras colimus, mundanæ tempora vitæ:  
In cœlis meliora dabit, qui cuncta gubernat,  
omnipotens Mundi Moderator & Arbiter ille.  
Interea cunctis est amplectenda voluntas  
dura licet quandoq; DEI, qui tristitia quamvis  
immittens, tamen haut illos, quos percutit, odit,

sed

sed miseros solatur, & erigit, atq; dolores  
abstergit, lætis compensans tristia Mundi.

*lugens f.*

Joh. Kretschmar,  
Reipub. Wratislaviens.  
Secretarius.

**C**lemens Pegasidum Pater,  
Idem Urbis Patriæ Præsidium ac decus,  
Quem, Kretschmare, Budorgicæ  
Observat merito gloria Curia:  
Num. Gnatus tuus optima  
Infans indolis, ac indubie spei,  
Clusus mane cubiculo,  
Dum somni placidum carpere creditur,  
Exsurgitq; toro, & parum  
Cautus, vel reſerat, vel reſerata jam  
Valvarum reperit vitra,  
Perq; hac præcipitans decidit in viam,  
Sparsis sanguinibus solo?  
Sic verax nimium fama renunciat,  
Et dicto citius replet  
Breslaas plateas, compita, curiam,  
Quæ tum inter Patriæ Patres  
Vidit consiliis publica commoda  
Te ditare salubribus.  
Verum est, an timidum fallit opinio,

Toto

Toto pectore, Te gravi  
Casu hoc concutier, verbaq; talia  
Effari querulis sonis?  
Ah tantis propè me cladibus opprimi!  
Ah hac cernere Parvulum  
Exstinctum facie, quem modo videram,  
Virum atq; incolumem satis,  
Nostros ante oculos currere, ludere!  
Tam venisse cito gradu,  
Quæ suprema dies Solibus obstitit!  
Omnisnè angelicas manus,  
Debebant puerum quæ sibi creditum,  
Defecit penitus vigor  
Sustentandi animæ dimidium meæ?  
An discrimine quoquam,  
Infantum teneros aligeri tegunt,  
Vitâ ut entibus omnibus,  
Præter delicias filiolum meas?  
Ergo prolem alii Patres  
Florentem placido Numine possident:  
Hoc unum expetit in caput  
Iracunda DEI Judicis ultio?  
O tam fata recondita  
Cælorum Domini! plura quid eloquar?  
Eheu morte perit citâ  
Casparus domuis lucida gemmula!  
CRETSCHMARE inclute, quo magis  
Vivit flebilior nemo parentium;

Hæc

Hac nunc te querier reor.  
Atq; haud immerito te querier reor.  
Illi robur & as triplex  
Circa pectus erit, sicco culum velit  
Qui te cernere funera  
Chari Filioli, tam egregia indole,  
Quem nunc letum inamabile  
Plusquam Pegaseo corripuit gradu.  
Sed ponens lacrumis modum,  
Ætatem gemitu dederere Te cave  
Certet recta doloribus  
Et justis ratio, vel Pietas magis.  
Audax omnia tollere  
Letum secla hominum, quem semel abstulit,  
Sexcentis sobolem tuam  
Nequicquam revoce nunc querimoniis.  
Et luctu tamen hoc, Tibi,  
Uxori, reliquis pignoribus tori,  
Communi Patriæ, Scholis,  
Ad summam, omnibus his, queis tua Sanitas,  
Et vitæ diurnitas  
Grata atq; utilis est, haut noceas parum.  
Succurrat tibi nunc Dio Plutarchus Consola-  
tor. ad Apollon.  
Gentis qui tenuit fræna Sicaniæ.  
Fido ceperat is domi  
Stipatus populo Consiliarium,  
Præsentem imperii statum,  
Atq; ejus decus, & comoda volvere.

En

En tranquilla silentii,  
Celsis cuncta replens murmure in adibus  
Perturbat subito sonus.  
Queiscunque attonitis, ille DIO unicus,  
Quidnam turba sibi velit  
Importuna adeo, discere percipit.  
Natum præcipitem, ferunt,  
Fatorum stimulis forte trabentibus,  
Victum pondere corporis  
A tecti speculâ procubuisse humi,  
Et vitalia lumina  
Reliquisse. Operam Vos, ait, hoc date,  
Membra ut pallida ritibus  
Qui nostra deceant gentis adorem,  
Tradantur gremio soli.  
De me: nunc minimè tanta negocia  
Luctus rumpere nomine,  
Et differe sequens in spacium vacat.  
Non, CRETSCHMARE, Dionica  
Te Virtus moveat? Quamlibet ethnicus,  
Solâ mente - animi duce,  
Tam firmo pepulit pectore nubila  
Mæroris. Tibi cælica  
Quid præstabilius dogmata suggerunt.  
Summum, scilicet, esse fas  
Respexisse DEUM: Numiue nescio  
Invitove, nihil mali Amos. 3. 7.  
Clararum fieri in mœnibus Urbium:

Parvo

Parvo corpore pasferum Matth. 10. v.  
Nil vile esse magis: nec tamen alitem 29. 30.  
Cælo mittier in solum,  
Decernente minüs Principe Siderum:  
Quin & quos capitis nemus  
Crines gestat, eos connumerarier  
Tali, à Numine, calculo,  
Ut ne unus temerè depereat quidem:  
Porro quod faciat DEUS, Eccl. 7. 14.  
Haud id posse hominem vertere: quamlibet  
Conetur: neque reddere  
Rectum id, quod DOMINI provida iusserit  
Incurvum esse potentia,  
Ne, quæso, hunc violes impatientiã,  
Quo nec justior arbiter,  
Nec nostro generi mitior est pater,  
Seu turbis hominum piis  
Sanctam imponere, seu tollere vult crucem.  
Nam quod triste genus necis  
Quo Natus cecidit, te cruciat: Latus  
Casus contudit: absit, ut  
Mentem ausis stygio tradere carceri:  
Ros Baptismatis humidus  
Sordem omnem puero criminis abstulit.  
Quamprimum is didicit loqui,  
Cæpit continuo de venerarier  
Illum sua visonã prece,  
Qui laudem labiis ex puerilibus Psal. 8. 3.

Jucun-

Jucundam sibi perficit,  
Ergo crede mihi, nulla pericula  
Lustrat filioli salus.  
Cælum ipsum petiit, dum cecidit solo,  
Nec diræ maciem famis,  
Nec sævæ metuit nunc rabiem luis,  
Nec Martis creperi minas.  
Nunc demum datur huic vivere certius.  
Posthac membra repentibus  
Non frangenda geret lapsibus amplius.  
Nec te absentia maceret  
Dilectæ Sobolis. Siderea in domo  
Jungetur tibi copulã  
Proles amplius haut dissociabili.  
Ne, CRETSCHMERE, igitur querens  
Tales ore sonos profer, ut antea:  
Eheu morte perit citã  
CASPARUS domuis lucida gemmula,  
Nequaquam periit, polo  
Qui sidus nitido fulget ut igneum.  
Non ut libuit, neq, ut decuit,  
sed ut in presens licuit,  
Honoratissimum pariter ac meri-  
tissimum Patronum,  
consolaturus facieb.

M. ELIAS MAJOR P. L. C. VratisL.  
Gymnasii Patrii ad D. Elisabetæ  
Rector & Profesor, cæterarumq;  
ibidem Scholarum Inspector.

B

Spiritus

**S**piritus & corpus duo sunt diversa; sed unum  
 Uno subjecto juncta, hominem faciunt.  
 Lis agitur: corpus potius vult esse; sed ultra  
 Corpus in excelsum surgere vult anima.  
 Nemo potest litem ceptam dissolvere, solus  
 Solvit eam Factor corporis atq; animæ.  
 Exanime in terram dejectum corpus; in altam  
 Eructam cælum, judicat, esse animam.  
 Et quoniam disjuncta volunt rursus uniri; illa  
 Uniet equali rursus honore Deus.  
 Hoc tibi, mæste Pater, jacturam mitiget, atq;  
 Immensum contra sit medicina malum.  
 Quo tuus in terram delapsus, corpore parvus,  
 Magnus mente, pater Filius astra petit.  
 E terris iterum corpus Deus illius olim  
 Eruehet, & menti junget in arce poli.  
 Hic totum accipies latis amplexibus illum,  
 Quem frustra hic lages stetibus innumeris.

Honoratissimo Dn. Compatri  
 in luctu ineffabili  
 condolens  
 inter tot condolentes  
 hos elegos  
 ad solatium  
 apponere voluit

**JOHANN** Kurtzmann  
 Templi Magdalensæ Archi-  
 diaconus & Senior, & ad  
 A. d. SS. Trinitat. Ecclesiast.

Trost

## Trost-Gedichte.

**D**er Fall ist freylich schwer: davon ich mehr nicht sage:  
 Ein ander mag davon anführen seine Klage /  
 Wie lang er immer wil. Durch Klagen wächst das Leid /  
 Nicht aber wird dadurch das Dertz von Traurigkeit  
 Gerettet / wie es sol. Hier ist nur Trost vonnöthen /  
 Wodurch man ja das Leyd der Eltern könne tödten /  
 Das Schaden nach sich zeucht. Ach dencket ja daran /  
 Ihr hochbetrübtet Paar / daß nichts geschehen kan /  
 Was vnser Gott nicht weiß / nicht siehet / nicht zuleset:  
 Wenn ihr nur seine Treu vnd Liebe recht ermäset /  
 Wird euer Schmerz vergehn. Hat Er nicht all vnd gar  
 Wie viel ihr immer sind / gezehlet vnser Haar?  
 Ein Daar / von vnserm Haupt / sol auch nur nicht ombkommen. *Luc.*  
 Ist darumb euer Sohn / von hinnen zwar genommen / *21. 18*  
 Durch vnverhofften Fall: So hat doch euer Gott  
 Ihm dieses Ziel gesteckt / Er weiß von seinem Tod /  
 Von seines Todes Art / vnd kan ihm die nicht schaden:  
 Er bleibet doch hierbey ein Vater aller Gnaden /  
 Der ihn von Hersen liebt. Ohn Gott / wenn nicht nur fällt /  
 Ein Sperling der gering vnd nichtig / in der Welt; *Matth.*  
 Wie tönt / ohn seinen Willn / herab zu tode fallen *10. 29.*  
 Ein edeler Geschöpf / daß Er vor andern allen *Luc. 12.*  
 Zum Ebenbild gemacht: sein allerliebste Gut / *6.*  
 Das Christus ihm erkauft / mit seiner rothen Flutt /  
 Die auß der Seyten floß? Ist Er nicht der vns liebet /  
 Der / was wir vmb vnd vmb vermögen / alles giebet / *Hiob 10. 8.*  
 Javor dem ersten Grund der Welt geliebet hat? *Ephes. 1. 4.*  
 Der hat nicht gegen vns geändert seinen Rath /  
 Vnd Väterlichen Sinn. Wie Er vns vnser Leben /  
 Nach seinem Volgefalln / auß Gnaden / hat gegeben:  
 So reisset Er es ab / wo / wie vnd wenn Er wil.  
 Auff Gott / vnd seinen Weg / muß einig vnser Ziel

Schnur

Schnurstracks gerichtet sein. Wir müssen seinen Willen  
In Demut vnd Geduld / erkennen / vnd erfüllen /  
So viel vns möglich ist. Wir müssen nur die Farth/  
Wohin sie sey gericht / vnd nicht des Todes Art  
Vns zu Gemüthe ziehn. Gott pfeget anzublicken!  
Wie wir vns Sterblichen / zu vnserm Tode / schicken/  
Wie gläubig wir da sind. Das Muster schadet nicht/  
Wenn nur das Hertz vnd Sinn / recht schaffen zugericht.  
Der Sohn / der liebste Sohn / so bald er nur ankommen /  
Ward in den Gnaden-bund / durch seine Tauff / genommen:  
Ward durch des Geistes Krafft da wiederumb geborn!  
Hierbey zum Erben auch des Himmelreichs erkohrn.  
Ja eh ihr seiner noch / Frau Mutter / seyd genesen/  
Ist Gott / sein treuer GOTT / schon allbereit gewesen.  
Den zu riet hatt' er auch zum Segen / den bekam  
Der / aller Gläubigen Vorgänger / Abraham. Gen. 17. 8.  
Verheissung aller Gnad / so vns vnd vnsern Kindern / & 22. 18.  
Vorlängst ist kundt gethan / kan auch den Schmerzen lindern. Act. 2. 39.  
Wer sühet / ohne Lust / das freundlich Angesicht /  
Das vnser Heyland auff die kleinen Kinder richt e'  
Für Väterlicher Lieb / ist Ihm sein Hertz gebrochen //  
Als Er den Kindlein hat das Himmelreich versprochen. Matth. 19. 14.  
Weil denn das kleine Volk / von GOTT / so wird geliebt /  
Wer ist / dem solche Gnad / nicht Trost vnd Stärke giebt /  
Wenn ihm der eines fällt e' Das Kind hat wenig Sünden /  
Wie wenig Jahr / gehabt. Doch könt es auch entbinden /  
Sein Heyland von der Zahl / wenn ihrer mehr auch wer //  
Als tropffen Wassers sind / im weit vnd breiten Meer. C. M. 97.  
Wie gern / ist für den Tisch / er / ohn geheiß / getreten /  
Vnd hat da seinem Gott / die Sünden abgebeten /  
Der willig zuwerzeihn. Ihr Eltern truget auch  
Den Sohn / dem Herren zu / wenn ihr nach euren brauch

Ihn

Ihn schloßet ins Gebeth / ergabee ihn dem Willen  
Des / der nach vnserm Wunsch / pflegt willig zu erfüllen /  
Was vns nur Seelig ist. Dem er ist zugebracht /  
Der hat auß ihm gewiß ein Himmels-Kind gemacht.  
Hier könt' ich auch berührt / wie so geschwinde Fälle  
Ja großer Herrsens-Angst / zu jeder zeit vnd stelle  
Erfahren worden sind. Ach noch viel mehrs Leid  
Hat Hiob / an Geduld vnd an Gottseeligkeit /  
Der hochberühmte Mann / an seinem Blut empfunden /  
Vnd zwar im Augenblick wol Zehen Herrsens Wunden:  
Da ihm des Hauses Fall wol Sieben Söhne traff /  
Der Töchter auch noch Drey / sind das geduldig Schaff /  
Ersuffte / sprach dazu: Von dem die Kinder kommen /  
Der hat sie jetzt zu sich / durch diesen Fall / genommen /  
Sein Name sey gepreist. Wie viel mahl schwerer ist  
Des fromen Mannes Leyd / das GOTT ihm hat erkies /  
Vnd vbet doch Geduld! Gott / der die seinen liebet /  
Wenn Er sie schon zu weilt fast eben sehr betrübet /  
Verleyh auch hier Geduld: Der bringe reichlich ein /  
Was so / der gestalt / muß hingelassen sein.  
Drey mitleydentlichen Thränen machts /  
wie gutt er konte / nicht wie er  
wolt

M. Henrich Klose

der Schulen bey Mar. Magda-  
lena Rector.

Filiolum lapsu luges, KRETSCHMARE, peremptum,  
Qui Tibi delictum, spes, columenq; fuit.  
Fatalem quoties oculo lachrymante fenestram  
Aspicias, [heu!] toties pectore & ore gemis.

B 3

Et

Et meritò. Nam quæ sunt jucundissima nobis,  
 Perdita mæstitiam pectore conciliant.  
 Sed, PATRONE, modum nimio proponere dolori,  
 Atq; jugo justis subjice colla DEI.  
 SEMPER UBIQUE PIIS JOVÆ VENERANDA VOLUNTAS.  
 QUOD DEUS HAUT FECIT, NON FIT IN URBE  
 MALUM. Amos. 3. v. 6.  
 QUOD FACIT, HOC SANCTUM, JUSTUM, MENTIQUE  
 FIDELI [ BONUM.  
 EST PLACITUM, ET FINEM TENDIT AD USQUE  
 Versa oculis, animo tristissima fata piorum;  
 Victricem illorum fac imitere fidem.  
 En tutelares puerum faciem ante Jehovah! Mat. 18. v. 10  
 Promissum cælum! Factaq; fata puta. Luc. 18. v. 16,  
 JOVA jubet natum sic sacrificare tenellum;  
 Almâ Thariadæ jussa capesse fide.  
 JOVA dedit natum; natum quoq; Jova recepit.  
 Jovæ sit semper gloria, laus & honor!  
 Cum Jobo dicas. Sic TE benedictio Jobi  
 Thariadæq; suo tempore certa manet.

*Ita Patrono suo colendissimo, toti q; ejus  
 familia luctuosissima ex animo con-  
 dolet, & solatium divinum  
 apprecatur,*

CHRISTIANUS Friedrich  
 J. U. L. & incluzæ Reip. Wra-  
 tislav. Scabinograph.

Allo-

ALLOQVIUM

*Ad Nobiliss. Amplissimum Parentem,  
 miserabili filii casu vehementer  
 commotum.*

Si, concusse Parens, & vix tractabilis ullâ  
 Alloquii virtute, maris Constantia cordis,  
 Quam Sacra versando pridem & Pagana parasti,  
 Ut præcepta libris, sic spectaretur agendo,  
 Ac tibi tractaret mentis penetrabile vulnus,  
 Turpe foret monitis sapientem onerare Sophorum.  
 Sed casu in proprio sibi cum non sufficit ullus,  
 Proficient aliena tamen medicamina tractim.  
 Non secus ac alios felici Marte Machaon  
 Restituens adhibere sibi rata phamaca nescit.  
 Si fatum Pueri casu graviore peremti  
 Et dolor & fletus possent inhibere cruentum,  
 Una, Pater perculse, foret tibi cura dolere,  
 Et dare ab irriguis lacrimarum flumen ocellis:  
 Qualis vere novo præruptis montibus humor  
 Velleris hyberni resolutus sole liquefeit.  
 At quia præcipitis penetrans violentia fati  
 Cordivoro luctu, lacrimis nec sistitur ullis,  
 Quid doleas nimium, Sapiens, lacrimereq; justo  
 Justius, ac præscripta viro Sapiencia poscit.  
 Ni forsan doleas, lacrimarum aut flumina fundas,  
 Quòd fato par esse dolor, nec fletus obortus  
 Esse queat, factis quia non - mutabile pondus  
 Decretis fati, seu Jovæ jusibus, adsit.

Non.



Non hic astrorum nutus & schemata celi,  
Naturæ causas saltem, aut primordia rerum,  
Rimamur studiosa cohors; sed pectora sursum,  
Tollimus, ad metam Supremi Numinis unam,  
A quo legitimo procedunt ordine rerum,  
Cuncta suo, rectrice tenoris principe causâ.  
Hoc licet eludant Epicuri de grege porci,  
Qui tam cœca Sabinorum sibi somnia fingunt,  
Casibus externis humana negocia volvi:  
Nos tamen asserimus certo decurrere pasu  
Omnia, causarum nexu retinente latentum,  
Estne viro cuiquam fato prudentia major,  
Ut vel consilii, vel opis virtute salubris  
Effugiat fati superimpudentia tela?  
Qualis nocte dieq; vigil venator & auceps,  
Obruit in silvis immania secla ferarum,  
Aut avium generi pedicas & retia tendit,  
Quas tam præcocibus sors leti captibus offert:  
Sic vix vitabis damna impudentia fato,  
Significata licet, nec pelles artibus à te.  
In fatum ruimus, nimum dum fata timemus.  
Præcipientes multos in summa pericula misit  
Venturi timor ipse mali. Ast quis tentet abyssos  
Syrtis inaccessæ cymbâ superare caducâ?  
Littus aras, taciti dum culpas crimina fati.  
Sed tibi quis fructus? Duri Patientia victrix,  
Hac animi virtute, velut tibi cine firmo,  
Durius æratis rostris, adamante vel ipso,

Fit

Fit levius, quicquid non-emendabile factum.  
Est fecisse viri sapientis fortia nixu,  
Estq; pati, auctoremq; sequi sine murmure Numen.  
Is piger est miles sequitur quicumq; gemendo  
Ductorem, quando pugnae dat buccina signum.

Non scrutare nimis, cur Majas dena Calendas  
Lux funesta tibi, pridem velut illa refulsit  
Non uno Breslæ casu graviore notata.  
Cum vestigalis domus ad viridaria Clara  
Obrueret collapsa ferentem pondera Ventris,  
Aut disrupta suo structo malè fornice subter.  
Balnea quasarent caput acceptabile Musis  
HEINTZIADÆ, qui dulce decus tutelaq; Vatum.  
Sic Eidus Februae non unâ clade notatae.  
Quâ lucente die quondam Vejentibus armis  
Tercentum Fabii perierunt morte decorâ.  
Ast Deus arcanâ mentis ratione modoq;  
Prosperat hosce dies aliosq; improspereat idem.  
Nec nimis explora, cur sint loca lubrica quædam?  
An tua sit claranda domus de funere Nati?  
Anne fenestra diem conclavi tradere sueta  
Sit confecta Tuo vitæ sustollere lucem?  
Præcipit id vitrum quàm vitrea vita puelli!  
Unusquisq; locus, sic permittente Jehovâ,  
Lubricus esse potest, subitaq; occasio mortis.  
Quaquam Romanus Cremeram damnaverit olim,  
Et funesta fuit solennibus Allia fastis.  
Nec rimare nimis Phœnicum inventa catorum.

C

Chal-

Chaldaeos vitæ numeros, genesesq; Babelis,  
Cur, velut Alcides, tuus (eheu!) pufio **Quarta**  
Sidere sit Lunæ natus, fatoq; sinistro!  
An Sejanus equus fatalis causa ruinae?  
Aut quæcunq; tuum tentarunt nubila mentem?  
Talia mitte viro Sapiente indigna per auras,  
Atq; resume mares animos pro parte virili,  
Exemplumq; aliis te nunc propone sequendum.  
Nunc promes actu percussæ mentis in usum,  
Quæ tibi tot libris præcepta repõsta parasti,  
Suppetet in primis divini Flamini ipsa  
Pagina thesauros solaminis usq; perennis.  
Præcipit illa: Deus nostris cervicibus æquum,  
Ac humeris imponit onus tolerabile nostris;  
Atq; oneri adjutor præsto est Deus ipse ferendo;  
Ut justo levior tandem sit sarcina nobis.  
Aspice, quem Camarina mali vexabat **Hiobum**  
Tam perpesfium, atq; invictum robore cordis!  
Illè Deo fidens stetit ut Marpesia cautes;  
Indomitus Satanæ furiis, telisq; trifulcis  
Fortunæ atq; crucis spe confurrexit in altum.  
Vidimus evectum merito virtutis honore  
Te non attolli, nec inanes sumere cristas:  
Ast commissa tibi patrare labore quieto,  
Contentum precio, rectè fecisse, beato.  
Fac quòq; cernamus te sortem ferre malignam,  
Quam crucis excipias immisissæ desuper ictus,

Quantum

Quantum vulgo edas specimen patientis **Hiobi**,  
Haftenus ut constans es rectè visus agendo.  
Summatim, vide sis, ne cedant ultima primis,  
Nec tibi virtutum serie tam congrege, desit  
Una hæc in duris **Victrix** Patientia constans.  
Alloquii in partes sacratum adscisce **Senatum**;  
**GARTZIADEN**, cui summa rei concredita nuper,  
Nestora consilio, recti candore **Catonem**,  
Cum **Venerandorum Patrum** splendente coronâ,  
Nec tibi defuerint, fulmen prægrande **Periclis**,  
**PEINIUS**, ac **Suadæ** mellitus **HENELIUS** humor,  
Obvius & facilis **mystes** **HERMANNUS**, in **ORIS**  
**Auriflui** vena tanquam **Chrysothomus** alter;  
Atq; virens ævo, sed mentis munere canus  
**SCHLEGELIUS** junctus consanguinitatis amore,  
**Haustra** **Sionæo** **Israëlis** de fonte vetusti  
Suggestum venient solantia verba medentes,  
Ut coëat sensim tractatum pectore vulnus.  
Concurrent etiam facto velut agmine **Amici**,  
Et qui **Pieridum** vivaciâ castra sequuntur,  
Queis tu præsidium vivis tutelaq; cunctis:  
Quisq; suum ferimus justæ pietatis honorem  
Carminis officio, nec inopportuna loquendo.  
Ergò virum præstes, quantum tibi, copia firmi  
Pectoris; ipse, velim, sapias, vincasq; dolorem,  
Ut tibi florescat palmaris adorea laudis;  
Aut si deficies graviori saucius ictu,

C 2

Partibus

Partibus afflictis alienam admitte medelam,  
PATRUM, MYSTARUM, PHÆBUM SOPHIENQ. COLENTUM.

SINGULARI MUSARUM PRÆSI-  
DIO ET ORNAMENTO, AC  
SUI TUTELARI GENIO MÆ-  
RENS PANXIT ET PLANXIT  
CHRISTOPHORUS COLERUS.

Sicne cadis, Spes magna Patris, spes mascula Gentis  
KRETSCHMARIDUM, suavis Pusio; sicne cadis?

Mens erat è molli, cum Luce, resurgere Lecto;  
Et precibus cœli sollicitare Patrem.

Sed, dum pro foribus, patulae petis alta fenestræ,  
Substratos Terræ decidis in lapides.

O casum indignum, spe tam florente, Puello!  
Qui mel erat Matris, deliciaeque Patris.

O quod dura soli contingere debuit! o quod  
Non cadere in molles debuit Ille Rosas!

Sic querimur: Sic, lugentes Tua fata, uovemus.  
Sed frustra Votum, Questus & omnis abire.

At Tu, non frustra cecidisti. Calicis ad se  
Te properare Pater-Jova cadendo jubet.

Absque Patre in cœlis pilus, & paserculus ullus  
Non cadit; absque Illo qui cadat ullus homo?

Observantiam suam

& Intimum animi condolentis

affectum contestaturus ser.

M. VALENT. KLEINWECHTERUS.

Magdalen. Conrector.

eudriaq

Prolopo-

Profopopœia  
Pueruli defuncti.

Defleat Andromache pueri miserabile fatum  
Hectorij, cum quo Troja sepulta jacet:

Sed me precipiti sublatum morte, Parentes,  
Nolim ploretis: Sic cecidis se jurat.

Nempe caduca jacent à terrâ matre recepta:  
Mens vero à casu surgit oratq. meo.

Indole sublimi nitebar in alta, suumq.  
Spiritus ardebat celsus in ire polum.

Hunc ergo è patulâ dum spectat forte fenestrâ,  
In patriam celeri gestit abire fugâ.

Nec mora; terrestri dimissâ mole solutus  
In patris æterni provolat ecce sinum.

Quid refert subito casu, lentove neceris  
Morbo, cum terram corpus inane premat?

Si mens suspexit Christum tellure relictâ  
In superas sedes, unde profecta, redit.

Ex feriâ condolentiâ  
profundebar

M. JOHAN. FECHNERUS.

Præcipiti moritur casu Cretschmeria Proles:  
Lancinet internas non dolor iste fibras?

Et non in vita se det secreta Parentum?  
Et non largifluo lumina fonte fluant?

Condoleo. mastis animis solatia præstet  
Æternum NUMEN, quo sine nemo cadit.

Quo sine nec pilus, immò pili neq; decidit umbra,  
Nec passer casum sentit habetq; suum.  
Et Puer, in tenero scelerum purissimus ævo,  
Non vitæ DOMINO, si cadit, ille cadat?  
Nec non in DOMINO, nostræ qui Curio vitæ,  
Quomodocunq; cadat, si cadit, ille cadat?  
Cordit rabi ces sent luctus, Oculiq; madentes!  
Et tragicum fati præcipitantis opus!  
Dejicitur Corpus, non Spiritus, impete lapsus;  
Ut Puer in Cælo surgat; in Orbe cadit.

\*  
Quo Epigrammate

debitæ

& Observantiæ & Sympathiæ

indicæ

Mæstissima Magnorum Parentum pectora

solari

ut voluit; ita debuit

WOLFGANGUS STIRIUS.

Heu miserè moritur lapsu graviore puellus,  
Cretschmari Soboles, unica spesq; Patris.  
Ob triste hoc fatum redduntur corda parentum,  
Tristitia, & ex oculis humida gutta cadit.  
Ipsis condoleo meritò, simul atq; dolorem,  
Ut vincant nimium, comprecor ex animo,  
Summus vivificum præstet solamen Iova,  
Et sanet verbo vulnera facta suo.  
Non dubium est, miserè quamvis excesserit orbe,  
Natus quin lætus vivat in arce poli.  
Antè Deo in sacro fonte dicatus, ab Ipso  
Post mortem nulla lege diremtus erit.

Sed manui inscriptum constans retinebit Iova,  
Donec cum largo foenore reddat eum.  
Interea reliquam servet sobolem atq; superstes  
Ipsis det maneat, condecoretq; domum.

Condolens deproperab.

COELESTINUS Schröder VratisL.

in Suburbio ad S. Salvat. Ecclesiastes

& Gymnasii Elisabetani Collega.

Filioli quoties, Patrone, recogito lapsum,  
Et subitum fatum mente revolveo tui:

Ex imo surgunt mihi viscere suspiratus,

Ac os in lacrimas solvitur omne meum.

Quos Tibi non credam pectus sorbere dolores,

Qui Pater es? ruptum Cor Tibi credo tuum.

Quæ charis infert Fatum cita vulnera Natis,

Illæ sibi sentit facta, Paternus Amor.

Sed tamen, ô Patrone, tuo moderare dolori.

Quæ fiunt, fiunt cuncta vidente DEO.

Ille Tuus Pater est, fuit & Pater ille Puelli.

Ille necem vidit, vidit & ille modum.

Horum sed neutrum certè, Pater optimus ille,

Filiolo vidit posse nocere tuo.

Non mortem. Nam qui mala mors, quem criminis

Vita tuetur adhuc, opprimeret Puerum? (expers

Nec nocuisse modum vidit. Nam formula mortis,

Quod possit, nemo dicet, obesse Piis.

Plures quos Pietas & vitæ sanctior usus


Commendat, tragicam cernis habere necem.

Aspice,

*Aspice, sis, saltem Natorum funera Jobi.*  
*Annon hi miseris hei! periere modis?*  
*Sed tamen hos non fors exclusit dira salute.*  
Non possunt, quæ vult, esse nociva, DEUS.  
*Ergo linque tuas tandem, Patrone, querelas.*  
A Patre supremo, quod venit, omne venit.  
*Ille Tuam stabili firmet solamine mentem,*  
*Et gratâ mutet sortis amar a vice.*  
*Sic precor. Interea DEUS optimus omnia vertat,*  
*Quæ Tibi, quæve Tuis esse nociva queunt.*

Observantiæ & luctum  
solandi ergo f.

M. CHRISTOPHORUS Schulz  
Gymn. Magd. Collega,



**S**ic (sed inante dolor jubet anticipare querelas:  
Heu leti, leto, tristius, ergo genus!)  
Sic nê Puer, vah sic nê cadis, spes tanta Parentum?  
Heu Puer, heu verè dum cadis, ecce cadis!  
Utq; cadis pariter sic expectatio nobis,  
Quam fecit bonitas indolis, omnis abit.  
Nam quantum primis jam tum Patris instar in annis  
Inte esset, qui Te lumine mensus, ait.  
Sic oculos, sic ipse manus, sic ora ferebas:  
Ut magnus meritis & pietate Parens.  
Hinc simulac gemino Te lumine fortè notavi,  
Mox, similis, dixi, Pusio Patris eris.

Et similis

Et similis Patris fors olim rite fuisses,  
Si quo rupisfes aspera fata modo.  
Sed cadis, utq; cadas infaustra fenestra ruinae est,  
Quà cadis infelix, fons & origo tuæ,  
Quodq; ubi fama meas primum produxit ad aures,  
Visa meros lapides est mihi fama loqui.  
Ast ubi ter-miseræ simul hausi ex ore Parentis  
Haut secus atq; soror dirigui Pelopis.  
Mygdonii quondam quæ fixa cacumine montis  
Sollicito lacrumans defluit è Sipylo.  
*Scilicet ingenii nostri hæc natura, moveri,*  
*Et faciliè adversa turbine sortis agi.*  
Sed simulatq; pedem fert ad sacraria JHOVÆ  
Martia qui CHRISTO sub Duce signa gerit:  
Sentit id esse frequens, per aquas, per tesqua, per  
Ad tempe quod nos coelica ducit iter. (ignes  
Quid quod & incultos, cerebri excrementa, capillos  
In numerato altum miteq; Numen habet?  
Hinc quid quâ leti sis functus imagine refert,  
Quando per hanc quoq; sis vectus ad astra viam?

Parentum mæstissimorum dolore  
ὄλοκαρδῶς tactus L. M. Q. scripsit  
JOHANNES GEBHARDUS  
Gymn. Elisab. Collega.

**C**HRIStUS ubi de abitu loqueretur Patris ad aulam,  
Discipulum implevit pectora mæstitia.  
Mæstitia heu! penitus CRETSCHMERI pectus adimplet  
Fama ubi nuncia erat, Gnatulus ille tuus

D

Insperto

In sperato obiit casu, complevit & annos  
fatales, nullo vim remorante necis.  
CHRISTI abitus quamvis sed funestissimus esset,  
CHRISTUS ait, Vobis expedit, ore tamen.  
Sic abitus quamvis funestior iste putetur  
lapsus ob mortiferum, non tamen iste nocet.  
Nam capitis pilus haut, nisi permittente JEHOVA,  
decidit in terram, sit licet exiguus.  
Cuncta bonum usq; Bonis in finem cedere oportet.  
Qualia sint, fiant quomodo-cunq; mala.  
Non refert casu quo quis moriatur homullus,  
Arbitrio Domini statq; caditq; DEI.  
In manibus sortes hominum sunt, tempora, mortes:  
Absq; illo fors, mors, nec mala fata valent.  
Debita naturæ persolvere quemq; necesse est  
Seriùs aut citius; nil juvat inde queri.  
Quò citius quis obit, torqueri desinit ille  
hoc citius, cæli & commoda faustus adit.  
At quisquis moritur quò seriùs, inter alumnos  
seriùs hoc cæli gaudia pacis agit.  
Mæstitiâ Genitor, qui cor geris ergo repletum  
Gnati obitus causâ, ne lacrymare nimis.  
Morte citâ citius cæli est ingressus in aulam,  
ac si vixisset tempora longa senis.  
Optatâ fruitur quiete, nec amplius ullis  
adverse sortis casibus excipitur.

Singularis observantiæ, ac debitæ Sympath.


ergo approp. adj.

DAVID PIGRITIUS.

Hei

Hei desiderium Patris Matrisq; voluptas  
Casparus parvâ contumulatur humo.  
De quo magna sibi bene promiserunt Parentes,  
irrita sed præceps vota ruina facit.  
Sic cunctis ignota quidem Sapiencia Jovæ est;  
attamen ut profit, quod facit, omne facit.  
Nec lacrymis igitur nimiùm indulgete parentes;  
Filiolus cælis gaudia summa capit.  
Qui teneros blandis pueros amplectitur ulnis,  
Hunc lapsum puerum jam fovet ipse sinu.  
*debit. observ. & condolent. E.  
deproperab.*

GEORGIUS Krieschke  
Gymnasii Elisab. Coll.



Ad singularem Dn. Patronum  
Dn. Caspar. Kretschmarum.

Ceu flos hortensis, verno qui tempore surgens  
Fragrat, & eximio cuncta virore beat;  
Sed spirante Euro Boreæve, aut imbre cadente,  
Concidit: illius mox decor omnis abit:  
Sic, qui suavis erat cunctis & amabilis olim  
Flosculus, iste tuus filius; ab CECIDIT.  
Non tamen hortensis veluti flos interit: omni ut  
Spe sine, per terram putridus hanc jaceat:

D 2

Non

Non sic filiulus CECIDIT; sed ut aruit horto  
Terrestri, modò sic floret in Elyfio.

Observantiam & verum  
Dei adfectum declara-  
turus scrib.

M. JOHANN: BALTHASAR CARG  
Templi ad D. Elisabeth. ut & ad D. Bar-  
bara Cantor, Gymnasii q. Elisabethani  
Collega.

Præsidis en nostri sentit domus ampla ruinam  
Flebile quam punctum mortis habere dedit.  
Tam cito præsidium vitæ nos deficit, eheu!  
Non nisi lege DEI fors inopina venit.

Observant. debit. & condol.  
causa apponeb.

BERNHARDUS Breidtschwerdt  
Gymn. Elisab. C.

Orbus erat Jobus subito natis, opibusq;  
Dicebat, factum est, ut DOMINO placuit.  
Quicquid erit, dicat pia mens: Mihi JOVA manebit  
Sorte micante Pater, sorte tonante Pater.  
Præbuit hoc Jobo solamina viva: Patrone,  
Hæc quoq; mœro ris sit medicina tui.

Observ. & Condol. E. dabam.

CASPARUS Hoffmann  
Gymn. Elisab. Collega.

Curia.

CURIA, templa, Scholæ, mœsto plenissima luctu  
Filioli casum flent modo præcipitem.

Omnes fata manent: tot Casus Mortis in orbe

Non rarò fiunt, vitam agito ergò piè!

Exposita est multis næ casibus arida vita:

Flebile cordolium est, vis inopina necis.

Mille necis casus nos torquent, Clare Viator,

Impuro in mundo, vive piè ergò Deo.

Filiolus gratus Cretschmari Nobilis ecce

Est vitæ testis næ brevis, ò lacrymæ!

Sed fuit in fatis cœli sic, Optime Præses,

Filioli casus næ subitus fuit heic!

Mundatus tamen est peccatis sanguine Christi

Filiolus sacrò fonte tuus, satis est.

Te Deus intereà celebri soletur in urbe hac,

Conjuge cum mœsta: sint rata vota polo.

\* \* \*  
Bespiegel dich O Mensch an diesem schnellen Fall /  
Du Buh / vnd fürchte Gott / wir müssen alle sterben /  
Durch Christi Blut allein / den Himmel kanst ererben /  
Der Leib ist tod allein / die Seel ist sonder Qual.

Condolentia ergò  
PAULUS THAVMASIUS

Elisab. Gym. Coll. L. Mq. pos.

Vir pietatis amans Jobus, Rex magnus in Edom

Deq; Esavi injusto sanguine, justus Homo,

Traditus est Satanae, vomeris qui percutit ipsum,

impatiens Domino quò mala verba tonet,

Perstitit ast, fortis Jobus, nec vulnere morus,

& patiente animo fata sinistra rulit;

Post cladem sobolis, pœudamq;, ita farier in fit:

Abstulit id Dominus quod dedit antè mihi.

Jobus

Jobus verè alter, CRËTSCHMAR, præclate Senator  
Diceris, ob Gnati tristitia fata Tui.  
Heu fatum crudele! sed absint talia dicta,  
nam rectum, Dominus quod facit, omne facit.  
Grande quidem vulnus, fateor, quod corda Parentum  
angit, iis justis ora rigans lacrumis.  
Nam quis non doleat Lapsu interiisse puellum,  
Delicias Matris, Deliciasq; Patris?  
Sed modus in fletu, justos moderare dolores.  
Proderit adversus non Domium lacruma.  
Fer patienter onus, nec murmura sparge; JEHOVA  
ipse Tibi medicas conferet usq; manus:  
Hic Tibi filiolum cum Jobo reddet, & ipsi  
Lætus in axe poli carmina læta canes.

*Συμπάθειαν suam declaraturus*

*offerebat submitte*

JOHANNES MENCKIUS, Neagoræ-SIL.  
S. Theologiz Studiosus.

Nascimur cuncti lacrimis in orben.,  
Vivimus vitam lacrimis acerbis,  
Linquimus mundi lacrimis vicissim.,  
Tecta caduca,  
Caspar hoc ipsum satis approbavit,  
Natus & vixit lacrimis in orbe,  
Atq; cum planctu & graviore lapsu  
Lumina liquit.  
Sic cadunt flores virides rosarum.,  
Quæ ferunt præ se speciem venustam.,  
Et Deum laudant precibus sonoris  
Tempore cuncto.,  
Abstulit præstans inopina germen.,  
Mors quod hic quondam Generis columna,  
Spes & exemplum nitidum fuisset  
Jure modoq;.

Et

Et fuit Matris decus, & laborum,  
Dulce lenimen pariter Parentis,  
Quem satis læto simul & suavi  
Carmine multat.

Hic dies verè mihi teter atras  
Suggestit curas, reputans dolores,  
Quos Parens sentit, simul & caterva  
Dulcis, amica.

Est quidem casus pueri dolendus:  
Sed malum vicit celeri recessu,  
Et tenet vitam nimium beatam  
Lætus in ævum.

Ast magis famâ celebris Parentis  
Maximum luctum doleamus omnes  
Qui quatit pectus lacrimis acerbis  
Semper ubiq;.

Ah viri tanti lacrimis acerbis  
Lugeat coetus Procerum verendus,  
Lugeat totus populus dolorem,  
Mente solutâ.

O Deus summi fabricator orbis  
Huic viro magnos adimas dolores,  
Dulce lenimen referas, perennem  
Atq; salutem.

Hunc DEUS læto stabiliq; cursu  
Per dies longus tueare, ut Urbem,  
Sublevet, & sanctum populum, scholasq;  
Sospite mente.

*condol. f.*

WENCESLAUS SMOLIUS

Berolst. ad. Sil. SS. Theol. Stud.

Heu Oculis Matris, Spes & fiducia Patris,  
Dulceq; mordentum curarum utriusq; levamen.,  
CASPARUS,



CASPARUS, jacet, en, lapsus veloce ruinâ!  
Sic nihil in vitâ firmum constansque potes sit  
Incertis quisquam Sperum indulgere suarum:  
Decollat subito spes, & velocior Euro  
Labitur, ut fieri statuit Divina Voluntas.  
Ne nimium vexes igitur tua corda dolore,  
Præproperi excessus Nati, luctuq; senescas,  
Bresliaci eximium membrum CRETSCHMARE Senatûs,  
Pegaseique simul perpulcra columna Lycæi,  
Ætatemq; mihi merito venerande Patrone,  
Ne totum perisise putes, animamque vapore  
Cum profugo immistam nebulis fugisse sub auras.  
Sed superest Pueri pars plurima. Namq; cadendo  
Cæruleas arces animâ conscendit Olympi.

CHRISTIANUS FŒLCKELL.

Commoda dum dulcis Patriæ Cretschmarus anhelat,  
Gnatus præcipitans decidit in plateam;  
Et talis moritur, qualis rosa prima superbo  
Arctoi Boreæ turbine tacta cadit,  
Non oriens citius spectatur in urbibus ignis,  
Atq; hic Breslæis personat in plateis  
Luctiferens casus: Post undiq; & undiq; civi  
Occurrens civis, nil, nisi tale refert:  
Membrifragi lapsus pueri, domus arbitra, tristis  
Debuit hoc saltem non licuisse tibi.

ELIAS MAJOR.

